UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

DLXXXI. Notariatsinstrument über dne Vergleich, den die von Wüstrow mit dem Annenkloster zu Salzwedel über rückständige Hebungen eingegangen sind, vom 9. Dezember 1511.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54909

Visual Library

DLXXXI. Notariatsinſtrument über den Vergleich, den die von Wuſtrow mit dem Annenkloſter zu Salzwedel über rückſtändige Hebungen eingegangen ſind, vom 9. Dezember 1511.

In nomine domini Amen. Anno a Natiuitate eiusdem milleſimo quingenteſimo vndecimo, Indictione decima quarta, die vero martis, nona menſis decembris, hora tertiarum uel quaſi, pontificatus ſanctiſſimi in criſto patris et domini noſtri domini Julii, diuina prouidentia pape Secundi, Anno eius Nono, In mei notarii publici ac teſtium infraſcriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum preſentia conſtituti honorabiles viri domini Johannes Nyemeiger et Johannes wolter, preſbiteri verdenſis diocesis, procuratores Religioſarum dominarum Canonicarum regularium ordinis ſancti Auguſtini domus ſeu cenobii ſancte Anne, infra muros veteris opidi Soltwedel ex vna, et validi Albrecht et hans, fratres, condicti de Wuſtrow, partibus ex altera, Tractabant et ponderabant certa negotia prefato cenobio incumbentia occaſione certorum annuorum cenſuum ſeu redditium, prefatis dominabus apud dictos de wuſtrow reſtantium. Tandem ipſi prefati conſtituti de eorum matura deliberatione in certum modum deſuper habitum et initum concordarunt et eundem contractum inſcriptum in cedula exſciſa redegerunt et conſcribi iurauerunt. Idem vero prefati domini procuratores eundem contractum ſic ut premittitur in ſcriptis redactum in ſuis manibus ibidem tenuerunt et in medium produxerunt, Eundemque per me notarium publicum infraſcriptum Inſtrumentari inſtanter poſtulauerunt et petierunt Ac eundem michi deſuper ad manus tradiderunt, Cuius quidem cedule exſciſe tenor ſequitur et eſt talis: conſtituitur Cedula: poſt vero preſentis cedule reſcriptionem prefati procuratores me notarium publicum infraſcriptum cum inſtantia requiſiuerunt, ut eis deſuper vnum uel plura publicum ſeu publica conficerem inſtrumentum ſeu Inſtrumenta, tot quot forent eis neceſſaria ſeu quolibet oportuna. Ego vero notarius infraſcriptus ad eorum requiſitionem eiſdem preſens publicum inſtrumentum confeci et conſcripſi et per temporum interualla ad manus tradidi. Acta ſunt hec Soltwedel in eſtuario domus ſiue habitationis Diderich brun, Anno, menſe, die, hora pontificatu quibus ſupra, preſentibus ibidem diſcretis viris Johanne Wittecop, Clerico, Diderich brun et hans arndes, laicis verdenſis diocesis teſtibus ad premiſſa.

Et ego Jacobus lune etc.

Nach dem Originale im Stadt-Archive zu Salzwedel, Fach 37, No. 15.

DLXXXII. Der Rath der Altſtadt Salzwedel vergleicht ſich mit den Gilden über die Pflicht des Auszuges bei Heerfahrten, am 1. März 1511.

De Erſame Raed der oldenſtad to Soltwedel is mit der Schomakergilde dar ſulueſt In iegenwardicheit al der gildebroder vor ſick vnd oren nakamelingen vmme alles beſten willen eyner guder ordinantien der Herfart vnd orloges des uthendes der Herſcop toſolgende gantz auer eyngekomen Vnd to eynem boſlute, Inn ewigen tiden wol to holdende, ſick hebben vordragen, dat de perſonen der ſulſten gulde, den an tiden de reiſe der Herfart vallet, van der gilde des dages, zo wy In orloge is, Eynen ſchilling penning vnſe der Stad weringe vier weken lanck na eyn ander